

vestire. Si<sup>q)</sup> que vero propter paupertatem vestes mutare nequeunt, dum tamen statum Beginagium mutant et premissa observent ac<sup>r)</sup> tunicam et pallium signatas — donec eis<sup>s)</sup> mutare contingat — deferant, tales satisfecisse constitutioni predictae etiam declaramus. Preterea<sup>t)</sup> constitutionem sepedictam ad reclusas in suis reclusoriis perseverantes quoad habitus vel vestium mutationem dicimus non extendi; monita tamen salutaria et mandata licita suorum plebanorum attendent<sup>u)</sup> et fideliter observabunt sicut ceteri Christiani. Declarando etiam prohibemus, ne aliquis vestrum Beginis, que iuxta mandatum nostrum habitum mutaverunt, seu mulieribus aliis, quocumque nomine censeantur, que tunicas aut vestem laneam ad carnem portare voluerunt<sup>v)</sup>, impedimentum quoquomodo prestat<sup>w)</sup> vel ad eam exuendam compellat, cum intencionis nostre non sit nec fuerit aliquam, que huiusmodi<sup>x)</sup> vestem ex voto vel humilitate deferre voluerit, in huiusmodi devocione quoquomodolibet impediri. Datum XIII kln. Marcii anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> decimo nono.

## 8

*Bischof Johann I. von Straßburg gestattet auf Bitten des Straßburger Dominikanerpriors und des Franziskanerguardians ausgewählten und ihm präsentierten Brüdern beider Orden, Beichte zu hören sowie Buße zu verhängen und Absolution zu erteilen.*

1319 Februar 17

*Editionen:* —

*Regest:* UB Straßburg 2, 334 Nr. 378.

*Überlieferung:* Original in doppelter Ausfertigung, Straßburg, Thomasarchiv Dominic. 5/196 (= A1) und Dominic. 5/196 a (= A2).

*Zur Sache vgl. oben S. 105.*

Iohannes dei gracia episcopus Argent(inensis) universis et singulis prelatis, rectoribus ecclesiarum, plebanis, viceplebanis, vicariis, incuratis, aliisque clericis — cuiuscumque status seu condicionis fuerint — nostre civitatis et dioc(esis), ad quos presentes littere pervenerint, salutem in

<sup>q)</sup> *Glosse:* Si que propter paupertatem non potest mutare vestem, significare nititur (?), usque possit W (= *Heinrich von Sachsen*) <sup>r)</sup> licet Beginatus tunicam et pallium *statt* ac — signatas C <sup>s)</sup> mutari *statt* eis mutare C <sup>t)</sup> propterea W, *fehlt Haupt. Glosse:* Ista constitutio non extenditur ad reclusas in veste mutanda W (= *Heinrich von Sachsen*) <sup>u)</sup> attendant C. *Glosse:* Recluse subsint plebanis locorum W (= *Heinrich von Sachsen*) <sup>v)</sup> voluerint C <sup>w)</sup> *fehlt W (Lücke!)* <sup>x)</sup> huius C